Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dominus exercituum. et dissipabi-
tur in medio terrarum desolatae
et urbes eius in medio ciuitatum
desertarum erunt. et scient quia ego
dominus deus dedero ignem in e-
gypto. et arruti fuerunt omnes au-
xiliatores eius. In die illa egredi-
entur nuntii a facie mea ad conte-
rendam ethyopie confidentiam. et
erit pauor in eis in die egipti quia
ecce hoc uenit. Hec dicit do-
minus deus. Et cessare faciam
multitudinem egipti in manu na-
buchodonosor regis babylonis. ipse
et populus eius cum eo. fortissimi
gentium adducentur ad disp-
dendam terram. Et uastabunt
gladios suos super egyptum. et im-
plebunt terram interfectis. et fa-
ciam aluneos fluminum aridos. et ua-
dam terram in manus pessimorum
et dissipabo terram et plenitudinem
eius in manu alieno dominus locu-
tus sum. Hec dicit dominus deus
Et dispdam simulachra. et cessare
faciam idola de memphis. et dux de
terra egipti non erit amplius. Et
dabo timorem in terra egipti. et dis-
pdam terram phatures. et dabo ig-
nem in thanis. et faciam iudicia
in alexandria. Et effundam indis-
cretionem meam super pelusium robur
egipti. et interficiam multitudinem
alexandrie. et dabo ignem in egi-
pto. quasi parturiens dolebit pelu-
sium. et alexandria erit dissipata. et
memphis angustie cotidiane. Iu-
uenes helyopoleos. et bubastis gla-
dio cadent. et ipse captiue ducent-
et in tampnis instrestet dies. cum
contriuero sceptra egipti. et deficit
in ea superbia potencie eius. Ipsa et
nubes operiet. filie autem eius in cap-
tiuitatem ducentur. et faciam iudi-
cia in egipto. et scient quia ego dom-
inus. Et factum est in undecimo
anno. in primo mense in septima
die mensis. factum est uerbum
domini ad me dicens. fili hominis
brachium pharaonis regis egipti
confregi. et ecce non est obuolutum
ut restituatur ei sanitas. ut liga-
retur pannis. et fasciaretur linteo
lis. et recepto robore posset tenere
gladium. Propterea hec dicit dominus
deus. Ecce ego ad pharaonem regem
egipti. et conteram brachium eius
forte. sed et confractum. et deiciam
gladium de manu eius. et dispersam
egyptum in gentibus. et uentila-
bo eos in terris. Et confortabo bra-
chia regis babylonis. et dabo gla-
dium meum in manu eius. et con-
firmabam brachium pharaonis. et ge-
ment gemitibus interfecti coram
facie eius. et confortabo brachia re-
gis babylonis. et brachia pharaonis
cadent. et scient quia ego dominus
cum dedero gladium meum in ma-
nus regis babylonis. et extendet
eum super terram egipti. et dispersam
egyptum in nationes. et uentilabo
eos in gentes. et scient quia ego dominus

XXXI

Factum est
in undecimo anno in ter-
cio mense. in prima mensis.

czechiel.